# Terliecki quietat alterum

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
premisliensibus Nobilis Paulus Terliecki Simkowicz a iure foro
suo quovis proprio rationis praesenti vero iurisdictioni se cum successoribus bonis
suis quoad actum praesentem attinet incorporando sanus mens et corpore
Dominus publice ultro ac per expressum recognovit Quia a Nobili
Aruzlio Petrowicz Terliecki summam Nonaginta florenorum pecunie
monete et numeri polonice sibi per eum actis terrestribus premisliensibus
ad solvendum inscriptam totaliter plenarie ac in effectu recepit
et manualiter levavit Ratione cuius recepte quam et eius successores
de eadem summa quietat perpetue inscriptam ipsam cum omnibus
illius conditionibus punctis clausulis et articulis cassat et in-
hilat mortificat et in terminis temporibus sibi et suis posteris
ratione premissorum silentium imponendum et in terminum praesentis re-
cognoscendum mediante

# Popiel Quietat Lucki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus cas-
trensibus premisliensibus Nobilis Hiacinthus Popiel a iure foro
suo proprio rationis praesenti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis
suis quoad actum praesentem attinet incorporando sanus mens et
corpore Dominus publice ultro ac per expressum recognovit Quia a
Nobili Petro Luczki summam octo florenorum pecunie praesentis sibi actis



terrestribus premisliensibus per eundem ad solvendum inscriptam totaliter
plenarie et in effectu recepit et manualiter levavit De qua
quidem summa ipsum et eius successores quietat perpetue Ius
eorum ipsam cum omnibus illius conditionibus punctis clausulis
cassat annihilat mortificat et in terminis temporibus

# Terliecki obligat alteri

## sortes suas in villis Terlo Lubochow Rosochi et Swinne

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
premisliensibus Nobiles Ichnatz et Iwan Makarowicze Ter-
liecki a iure foro suo quovis proprio rationis praesenti vero iuris-
dictioni se cum successoribus ac bonis suis infrascriptis quoad in-
frascripta attinet incorporando sanus mens et corpore Dominus
publice ultro ac per expressum recognoverunt Quia manu con-
iuncta et in causa bona sua hereditaria vigore Medietatis
sortis suae hereditarie in villis Terlo Lubochow Rosochi
et Swinne consistentes (Excepta per se et suis posteris antiqua
Curia pomarium horto et omnibus attinentibus ad eandem Curiam
antiquam pertinentibus) generaliter vero Medietatem sortis suae
in campis hortis pratis generaliter omnibus bonis ad eandem
medietatem pertinentibus cum libera molitione in molendino in
fundo et hereditate ville Terlo existentibus cum omni iure
dominio et proprietate omnibus eiusdem bonorum attinentibus per-
tinentibus cum fructibus censibus proventibus ac utilitatibus
generaliter universis nullis exceptis et exclusis ita